

1. Qvoad subiectum. Substantia. Vnica in homine. Simplex.
Immaterialis
2. Qvoad vires. Vis repraes: non vnica. Spontaneitas vel
practice vel transc: absoluta (Libertas) vel originaria
vel derivativa.

Arbitrium vel est brutum vel liberum et libertas vel originaria
vel derivativa vel ideal: vel real: vel Epigen: vel Praefor.
libertas opponitur vel necessitati brutae vel fatalitati prior in
sensu practico posterior in sensu transscend in sensu transsc:
itaqve est vel origin. vel deriv.

3. Qvoad statum vel vitae humanae: Commercium corp: et
animaee. vel nativitatis vel mortis.

Anima post mortem vel vivit ex decreto vel e natura sua
posterior vita est immortalitas.

Argumentum immortalitatis vel est naturale vel morale.
prius vel e principiis rationalibus (metaphysicum) vel empiricis
(physiologicum). Argumentum metaphysicum e principio vitae
iuncto cum materia inertii et vitae experti concluditur qvod
principium vitae per seiunctionem a materia non privatur vita
sed liberatur a vitae impedimentis. Ideoqve vita post mortem
cessat animalis et inchoat spiritualis dum anima liberatur

Argumentum physiol: vel strictum vel analogicum hoc omnium
e natura humana optimum. Prius dari non potest nec pro nec
contra qvoniam nullas experientias habemus animae a corporis
commercio seiunctae qvia non nisi in hoc commercio cogitamus
Neqve contra argumentari potest e dependentia animae a corpore
in hac vita qvia non videmus qvidnam corpus officiat animae
cum simul est ipsi impedimentoo uti si qvisqvam currui sit alli-
gatus non potest semet moveare nisi hunc moveat. Si rotae
probe sint unctae motus adhuc libere procedit sed non causae
sunt huius motus qvanqvam si sint sufflaminatae aliquva causa
currui interna hominem immotum reddunt.

Argumentum morale est practice sufficiens qvanqvam non
apodicticum. Est teleologicum e sap: bonit: et iustitia dei vno